

hortatorius. seu laudatiuus. seu hystoricus. uel quocunque modo fiat. semper fit cooperatione trinitatis &c.

LXXXII.

VII B. 12

89 Codex membraneus lat. Sec. XII. Folior. 165. ejusdem cum

Durent scriptoris cum laudibus expositoris.

Aut quicunque legis opus hoc utriusque memor sis.

Impressus est Commentarius hic *Opp. Ven. Bedae T. VIII. edit. Colon. 1688. a col. 308. f. sed Oudinus T. I. col. 1706. genuinum Bedae foetum esse negat, Mabillonius in Aët. SS. O. S. B. Sec. III. P. I. p. 555. in dubiorum saltem classem rejicit. Quidquid demum sit, eliminanda est in edit. suprac. col. 884. Nota illa, qua monentur Lectores, Bedam morte praeventum Commentarios hosce non nisi ad Psal. CXXI. perduxisse. Nam, ubi Codex, quo Colonienfes usi sunt, imperfectam deserit sententiam: *In qua delectatione***, noster a fol. 145. profequitur: uel in atriis tuis instantes erant pedes nostri id est affectiones nostrae nimis erectae sunt &c.* atque sic Explanatio eodem tenore usque ad ultimum Psalmum decurrit; quam proinde Commentariorum partem typis haecenus nunquam prodiisse putem.*

Ceterum Codici nostro praetextum est folium sec. ut opinor, XIII. exaratum et particulam Libri IV. Aeneid. a v. 78. ad v. 294. complexum; ad calcem ve-

priori praestantiae est Pars II. Exegeteos de Psalmodum Libro, pertingitque a Psalmo LXVIII. usque ad finem. Initium est: *Saluum me fac Deus. In finem. pro his qui commutabuntur &c.* Ultima Codicis: *Nos quoque quia laboris magnitudinem terminauimus. in spiritu dominum laudemus.*

ro illius sequens Traditionis formula legitur: *Notum facimus tam presentibus quam futuris. quod uiridua quedam. Juta nomine. terciam partem uineque cuiusdam. super aram S. Georii potenti manu delegauit. uiro suo Geroldo nomine uiam uniuersae carnis ingresso. delegauit autem consentiente nepote ejus Alberto. Huius rei testes sunt ex fidelibus huius ecclesiae. Chunradus. iudex. Rubertus cum fratre suo. Ebergerus. — — Hainricus. Wirsingus. Fridericus.*

LXXXIII.

VIII. G. 7.

Codex membraneus lat. Sec. 584 XIII. Folior. 169. 4. nitide exaratus, olim, ut ad calcem habes, *Sancte Marie in Wilberingen*, quod est Coenobium Ord. Cist. Austriae supra Anasum, complectitur *Commentaria in totum Psalterium* a nemine, quod sciam, haecenus prodita, quorum initium: *Beatus uir. Materia huius libri est christus integer caput cum membris. de quo agit propheta hoc modo. Loquitur enim aliquando simul de toto.*

to. i. christo et ecclesia. De christo autem tribus modis. Aliquando enim de diuinitate ut ibi. Tecum principium. Aliquando de humanitate proprie ut ibi. Desiderium cordis eius tribuisti ei. Aliquando transsumptione dicendo de eo quod solis conuenit membris ut ibi. Longe a salute mea uerba delictorum meorum. &c. Litera prima hujus initii B. rudem Monachi iconem exhibet, cui ad marginem interiorem adscriptum EBERHARDUS. Quidni igitur hoc Autoris nomen fit? At nemo hujus nominis in Psalmos commentatus memoratur? Sit ita. Quis vero nescit Eberbardum, Erbardum, Everardum, Erbardum in idem redire? Et nunc audiatur Trithemius in Catal. illustr. German. f. 15. p. 2. de Erbarde monacho Corbejensi in Saxonia O. S. B. Scripsit inter cetera ingenii sui opuscula opus insigne super pentateucum lib. V. — Alia quoque multa scripsisse dicitur: et sacras multis voluminibus explanasse scripturas: que ad noticiam meam non

venerunt. Addit Fabricius Bibl. med. Lat. L. V. p. 106. claruisse Erbardum circa a. 1050. perperamque a Possentino et Ducangio Etbardum dici. En igitur, si placet, unum e multis illius in S. Scripturam Voluminibus, quod Trithemio videre non contigit. Initium porro, quod adduximus, Prooemii est; Psalmus vero I. ita orditur: Beatus uir. huic psalmo non est ausus esdras apponere titulum, quia in sequentibus caput libri uocatur ibi. In capite libri scriptum est de me. &c. Methodum Commentator hanc sequitur, ut primum contenta Psalmi sub unum conspectum ponat, dein *σινεως* sensum literalem apte explanet, nec in Mystica euagetur. Autoritate parcius utitur. Hieronymum et Hilarium quandoque citari uideas. Ultima sunt: totam istam armoniam spiritualiter uolens intelligi ita concludit. Omnis spiritus laudet dominum. Explicit Liber. Adjecit coeua manus:

Christicole cuncti sacro baptismate functi;
Gaudia mundana cum spe deponite uana.
Mundi terrore spreto. uictoque dolore
Per celi rorem terre contempnite florem.
Parcite pungentes viciorum carpere sentes.
Mortis et hirsutas pariter uitando cicutas.
Vos serpentinis caute subducite spiris uel spinis.
Omnia terra ^{ena} quamuis uideantur am ^{ena}
Decipulis pl^s sunt ut lita melle ven^{ena}
Fallax est mundus arridens atque secundus.